



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

17 De libris Apocryphis, & an hi publice vel priuatim legi possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

veteres laudem est consecutus, eū in diuinis scripturis interpretanda, eū in Græcæ & Latine linguæ eruditione nō esse vulgari. Habuit enim teste Gennadio, elegās ingenium in Græcis operibus. in Latinam linguā vertendis: claritate Hieronymi, cum quo graues exercuit similitates, quārū memor Gennadius nimis Ruffino tribuit, Hieronymi quārū plurimū detrahens, nō satis intelligens quantum à diuino Hieronymo Ruffinus abūt, qui si ecclesiastica historia Eusebii & Iosephi opera, quæ nunc Latine circumferuntur, ex Ruffini translatione, non metiuntur auctorem, eademque conferat lector cum Græcis codicibus, dubio procul multa incidet loca, ex quibus cōperiet, Ruffinū nec Græcæ nec Latine linguæ exactam cognitionem habuisse. quæ vero Hieronymus in Ruffino notauerit, deduci possunt ex his libris, qui aduersus Ruffinū ab eodem Hieronymo editi sunt, & in secundo Tomo habentur: ad quorū intellectū legenda sunt quæ Ruffinus aduersus Hieronymum scripsit & hære typis excusa in quarta operum Hieronymi parte. Ceterū quod Gelasius scribit de Hieronymi censura obseruanda in alios Ecclesiasticos auctores, ita ni fallo r, est accipiendū, vt si quid Hier. notauerit, illud sit caute legendū, & maximo cū iudicio, ne qua ex parte offendat catholicas fidei assertiones, non tamen statim hereticū erit censendū nisi id Ecclesia definerit, aut iam fuerit definitū, vel sit aduersus diuinis scripturis contrariū vt manifestus sit in reb. fidei error. Aliquot enim displicuerunt Hieronymo, q̄ ab Augustino, & alijs probantur, nec præter Ecclesiā in Catholica, & summū totius Christiani orbis Pontificē, quifq̄ habet auctoritatē pronuntiandi aliquid hereticū esse, tamen si docere possit id refragari diuinis scripturis, atque ideo dignum quod ab Ecclesia hereticū iudicetur, nisi foret adeo manifestus error, vt nullā possit de ea re apud vere Catholicos esse controuerſia.

De Origine nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieron. non repudiat, legenda suscepimus, reliqua autē omnia cū suo auctore dicimus esse venianda. Origines, qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus Clementis Alexandrini discipulus, magni & excellentis ingenii vir, Leonide Martyris filius, claruit sub Alæandro Imperatore Mammege filio obiit sub Gallo Cæsare post Deodotum imperante anno sc̄re, ætatis septuagesimo, auctore Nicephoro li. 5. c. 33. an. Do. 256. vt Hermannus Cōtractus scribit, de Origine, eiusque libris tractant Eusebius Eccl. Hist. li. 6. Socrates li. 6. c. 12. & 13. Nicephorus li. 5. ex quib. Eusebius & Socrates in eius laudes erumpunt animose, idemq; Eusebius, quod Gelasius hoc in capite cōmemorat, librū vnū in Origine laudē edidit, aut sane apologiam pro Origine in sex libris distinctam, quæadmodū Hieron. & alii tradiderunt & Eusebius ipse asseuerat li. 6. Eccl. Hist. c. 36. Fuit vero olim nō leuis cōtrouerſia inter Christiani orbis Episcopos de libris Origines recipiendis, aut reprobandis. qua de re Socrates, & Nicephorus Græci auctores tractauerunt nō semel, sed maxime Nicephorus li. 1. 3. tandē Cōstantinopolitana synodus, quæ quinta est inter vniuersales, eius impia dogmata nominatim, & auctore ipsum ea ratione damnauit sub Iustiano Principe, sicuti idē Nicephorus scribit li. 1. 7. c. 28. & cōstat ex eiusdē synodi actione, in 2. concil. Tomo. Etenim cū Origines nō nihil in sacris literis exponere vellet, seipsum in errore coniecit, vnde multa nefada, & exitiosa protulit verba, ex quib. Arius, eiusq; sectatores suorū dogmatū materiā sumserunt, quod Suidas, & idē Niceph. fatentur in d. li. 17. c. 27. ipse autē Origines Martyrii timore inani, quod pati recusat, abiurata fide Satana instigante à diuina sententia, & gratia, q̄ primū illi fauorū aderat, omnino delapsus alienas à religione Christiana opiniones induxit, per quas multis à semita recta discedentibus, longo post tēpore damnationē Ecclesiæ dignissime passus est, infelixq; tunc obiit, ac miser teste Nicephoro li. 5. c. 32. & 33. Proscriptus sane ab Ecclesia, ignominiam istam non ferens Alexandria relicta in Iudæā profectus mortem obiit, Tyriq; sepultus est, auctore Suida, qua ratione intelliges lector cādide, Origenem à Gelasio schismaticū appellari. Sed & de Origine multa Georgius Credenus in Epitome, vbi de Seuero, & Iustiniano imperatoribus agit. Hieron. vero eiusdem Origines opus in Cantica Cantorum laudat, & in Latinā linguā vertit, sed & librum edidit, & scripsit ad Auitū, in quo docet, quid cauendū sit in libris Origines scripsit, id est de principijs. Epistolam etiam ad Pammachium, & Oceanum de errorib. Origines, de quib. adhuc differit Apologias aduersus

Ruffinum, & hæc reperiet lector in secundo Tomo. Extāt, & de eadem re Ruffini quædam scripta, partim ab eo è Græco in Latinum traducta in quarto Tomo operum Hieronymi, quæ quidem lector diligenter examinabit ad Origines errores vitandos, & ad intellectū huius capitis. Nam Hieron. Ruffinus, & Gelasius ante quintam Synodum, in qua damnati fuere. Origines opiniones, scripsere. Sed & Vincent. Lirinensis in libro aduersus hæreses plurimū dolet, Origines libros, vel ab hæreticis corruptos, vel ab ipso auctore ita scriptos, multis blasphemiarum vulneribus icatentes ad errores persuadendo multum olim valuiffe.

Ceterum de historia Eusebii, de qua Gelasius hoc in c. meminit, tractabimus in c. seq. vbi de Apocryphis libris agetur. Opinor tamen Gelasium, dum Eusebium notat, quod librū vnū de laudibus Origines conscripserit, fortassis de libro sexto Ecclesiasticæ historiæ intellexisse, quod si quis malit, vt nos paulo ante adnotauimus, de Apologia ab eodē Eusebio scripta, in sexq; volumina distincta intelligere, nō admodū refragabor, imo post primam huius operis editionem sic locum istum Gelasij intelligendum esse cenſeo. Nā & Septima Synodus actio 5. eiusdem Apologiæ meminit; & eam improbat. tamen hac in re parum diligens videtur Rhe-nanus in epistola nuncupatoria Ecclesiasticæ historiæ.

Imo Orosium, virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiā, mira que breuitate contextit.

Orosius presbyter Hispani generis, vir eloquēs, & eruditione insignis, scripsit aduersus quæculos Christiani nominis, qui allerebant, Romanum imperium ex eo defecisse, quod Christi fidem & religionem Romani, eiusque subditi suscepissent, idque opus in septem volumina diſinxit, sed & ab Augustino missus ad Hieronymum pro discenda animi ratione, rediens reliquias beati Stephani Martyris primi tunc nuper inuentas primus intulit occidenti. Hæc Gennadius, Marcellinus Comes, & Trithemius, Claruit prope annum Domini 400. Prosper Aquitanicus, & Hermanus Contractus in Chronicis. Denique Orosius elogio Hieronymi, & Augustini commendatur, fuit vero Tarraconēsis auctore Volaterrano. Ceterum de reliquijs beati Stephani aliter scribit Nicephorus li. 14. c. 9. ex Theodoro lectore. & Simeon Metaphraistes vitarum Tomo 6.

Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laudi præferimus.

Quamuis Petrus Crinitus olim, & nuper Gregorius Gyr-aldu de poetis diligentissime historiā scripserint, nondū apud eos huius poetæ mentionē cōperio factam fuisse, nisi eorū scripta oscitanter legerim. Verū Trithemius ex Sigeberto scribit Sedulium presbyterum Scotum natione fuisse qui opus insigne iuxta seriē Euangelii carmine scripserit, quod vulgo legitur, & incipit, Paschales quicunque dapes conuiuā requiris. Sed & alia scripsit, quorū idē auctore meminit. & floruit sub Theodosio Seniore, Anno ferme Domini 430.

Item Iuueni nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Ita locum istum ipse legendum esse cenſeo ex Burchardo, & eodem Gelasio in primo conciliorum Tomo. Nam cū Gelasius Sedulij meminisset, par est & statim ipsum Iuueni mentionem facturum propter operis, materiæ, & scriptoris similitudinem. Quamuis apud Gratianum nō Iuueni, sed Vincentij legatur. Quæ quidem lectio etiam si admittenda sit, non est intelligenda de Vincentio, qui opus, aut speculū historiæ scripsit: nō enim potuit eius meminisse Gelasius, qui multis annis eum præcesserit. Fuere tamen ante Gelasium duo Vincentij quorum Trithemius mentionem facit, sed ipse Gelasium intelligo de Iuuenico presbytero, qui Hispanus fuit, & nobilissimi generis, qui quatuor Euangelia Hexametris versibus pene ad verbum transferens scripsit, nonnullaque alia de sacramētis, floruitque sub Cōstantino Magno, & filijs eius prope annum Domini 330. auctore Hieronymo de viris illustribus & scriptoribus Eccl. & in chronico, Petro Crinito libro quinto de poetis Latinis, Gregorio Gyr-aldo dialog. 5. Trithemio, & Ioanne Bassæo.

CAPVT XVII.

De libris Apocryphis, & an hi legi publice, vel priuatim Possint ex Gelasio.

SYM M A R I A.

1 Apocryphi libri, qui dicuntur.

2 Synodus Ariminenſis, & iustinianum Petri.

DDd

3 De

- 3 De quibusdam actibus, & Evangelis, Apofolorum Apocryphis, & de Patris libro.
- 4 De prava Genes, de centimetro, & de quibusdam reuelationibus que Apocryphis dicuntur.
- 5 De libro, qui dicitur transitus sancte Marie.
- 6 De canonibus Apofolorum, an sint Apocryphi.
- 7 De historia Eusebii Pamphili Casariensis.
- 8 Tertulliani, & Lactantii Firmiani opera.
- 9 Clementis Alexandrini opera, Africani, & Commodiani.
- 10 Cassiani, Arnobii, Ticonii, Victorini, & Faustini.
- 11 Epistola Iesu ad Abagarum, & Abagari ad Iesum.
- 12 Phylacteria que dicuntur, & qua reprobentur.
- 13 De historia Tripartita Cassiodori censura.

CAeterna quo ad hereticos, & schismaticos conscripta, vel prae dicta sunt nullatenus recipi Catholica & Apostolica Romana Ecclesia. E quibus pauca, que ad memoriam venerint, & a Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

Hec Gelafius. Nos vero ad ea, que hoc in capite traduntur, facilius intelligenda opinamur, libros hereticorum, qui omnino damnati sunt, ab alijs, qui adhuc dici possunt Apocryphi, discernendos fore. Etenim hereticorum libri, qui damnati fuerint omnino sunt vitandi, nec legi possunt, imo sunt comburendi, nisi communis consensus Ecclesiae permiserit, ali- quod opus ab heretico scriptum legi quidem ex eo, quod prae- tium diligenti examine, nihil habet, quod pium offendat lecto- rem. Quod cautissime praemittendum est, maxime in libris Hereticorum, qui non tantum heretici fuerunt, errore quoque aduersus Catholicam fidem probati; sed & ab Ecclesia moniti animo contumaci in erroribus perseuerarunt, quorum libri nequaquam legendi sunt, nec id permitti debet, etiam si im- munes sint ab auctoris erroribus, nisi id maxima ex causa, & cautissime fiat, qua de re legito Alfonso Castr. in li. 2. de iu- rita heret. pun. c. 15, 16, & 17. Et qua nos obiter scripsimus. lib. 2. Variar. resolut. c. 10. col. pen. Sic sane intelligo que notat Pan. in cap. fraternitatis de hereticis & in c. damnatus super gl. in ver. Florentino. de summa Trin. contra ipsius gl. opinionem scribens, non esse dan- tandos, nec vitandos omnes hereticorum libros, sed eos tantum, qui de heresibus scripti fuerint, postquam legi illos, qui nihil habent, quod sit catholice fidei aduersum; ipse vero hereticorum libros omnes absque villo defectu, prorsus vitandos fore, consultius existimauerim.

Apocryphi vero libri non sunt omnino in hunc hereti- corum ordinem numerandi: siquidem potest liber aliquis Apocryphus dici, cuius auctor nec fuerit hereticus, nec ali- quid Catholice fidei contrarium scripserit: saltem iuxta quas- dam huius dictionis significationes, de quibus auctori lectore admonemus, Apocryphum quandoque dici librum, cuius est auctor incognitus, aut cuius auctorem ignoramus: quia in- certus est, gl. in summa, 16. dist. 1. Licet illic in dictionis deductio- ne errauerit ex lingue Graece ignorantia.

Huius vero significationis modo nulla nobis est habenda ratio: potest enim aliquis liber incertum habere auctorem, & tamen ab Ecclesia non solum non repudiatur, verum & inter Canonicos recipitur, ut historia Iob, & Sapientia que dicitur Salamonis, atque ideo multi, libri quorum auctor incertus est, inter Agiographos saltem poterunt numerari. At hisce calamitosi temporibus tot heresibus, Christianam religionem oppugnantibus, totque libris ab hereticis sine auctoris nomine, ut minime repudientur, in publicum editis, sanctissime Tridentina Synodus, ut tot malis obuiarer, statuit & prohibuit, ne quis imprimat, imprimi faciat, aut in futurum vendat vel apud se retineat quo suis de reb. sacris libros sine nomi- ne auctoris editos, nisi primum examinati, probatiq; fuerint ab ordinario. Dicuntur quandoque libri Apocryphi illi omnes qui sunt extra canonem, & ideo qui non sunt Canonici, qua significatione usus est diuus Hier. in prologo in libros Regum, qui Galeatus dicitur. Sed nec de hac significatione modo agendum erit: siquidem plures sunt libri de rebus sacris Ecclesiasticis, qui dubio procul sunt extra canonem, & tamen inter Agiographos connumerantur: nec dici proprie possunt Apocryphi: de quibus in cap. proximo tractauimus.

Igitur Gelafius Apocryphos libros, de quibus in hoc de- creto agit, primum eos appellat, qui ab hereticis aduersus fidem Catholicam scripti fuerint, eosque omnino damnat & improbat. decernens legendos non esse a Catholicis: quos qui dem proprius dicere quis possit, libros hereticos, ut paulo ante obseruauimus: & quauis huius conditionis plures hoc in capite Gelafius referat, ac nomen, aliorum tamen meminit, qui proprie dici possunt, & dicuntur Apocryphi, qui nec heretici sunt, nec auctorem incertum habent, nec inter Agio-

graphos connumerantur: est tamen eorum auctoritas leuis mi- nimeque ab Ecclesia sanctisq; patribus probata, propterea quod falsa quaedam in eis veris quandoque miscantur, peregrina diu possunt, vel ex eo dem quod, quod eorum auctores quaedam veteri dogmata fuerint secuti, quod postea testimonio sacrarum scripturarum conuicta sint. Atque ideo hi libri Apocryphi dicitur quod non sint publice in templis legendi: licet priuatum caute tamen legi possint. Sic & Apocryphi libri dicuntur, qui eminentio titulo non consentur editi ab his, quorum nomine designantur. Ex quibus plures hic a Gelasio notantur. Ergo libri Apocryphi iuxta has posteriores significationes, quod diuus Augustinus explicat li. 15. c. 23 & li. 18. c. 38. de ciuitate Dei li. 11. contra Faustum Manicheum, col. 2. & li. 22. c. 79. licet in Ecclesia legi non debeant publice, possunt tamen priuatum legi & caute, quia eorum auctoritas in obscuro, & abscondita est. Quod adnotant Rhenanus in praefatione ad Tertullianum, Erasmus in Hieronymi Epistola ad I. etam Lud. Viues in d. c. 23. super Augustinum. Sed & Apocryphos libros, de quibus modo agimus, legi priuatum posse, iatis probatur ex Hieronymo in dicta Epistola ad I. etam. Cauet omnia Apocrypha, inquit & si quando ea non ad dogmatum veritate, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non eorum esse, quorum titulus praenotatur, multaque his admixta vitiosa: & grandis esse prudentiae, aurum in luto quaerere. Hec Hieron. Rufinus in simbolo, cum Canonico, & Agiographorum librorum meminisset, addit: Ceteras vero scripturas Apocryphas nominarunt, quas in Ecclesia legi noluerunt. Hoc ipsum passim apud Augustinum lectore obseruare poterit: nam sic & Apocrypha legisse idem Augustinus testatur sermo. 22. de verbis Domini. Quin & Iudas Apostolus in Epistola citat librum Enoch, & eius vitium testimonio: & tamen hic liber Apocryphus censetur, auctore Augustino in d. c. 23. & Hieronymo de scripturis Ecclesiasticis in Iuda. Rursum Augustino li. 18. de ciuitate Dei c. 38. Tamen Tertullianus refragatur, de habitu mulierum. Sed a Gelasio plures libri Apocryphi censentur, quos tamen scimus legisse veteres Theologos, viros equidem eruditione, ac sanctitate insignes, eorumque testi- monio vlos fuisse: quin & Ecclesia Catholica, aut communis Episcoporum, ac praetorum consensus permittit, etiam nos- tra etate legi, que madmodum in interpretatione huius decreti admonerimus. De his vero Apocryphis libris multa Driedo li. 1. de dogmatib. c. 4. & li. 4. c. 1. congerit, que rem istam explicat & intellectu faciliorem efficiunt.

In primis Ariminensem synodum a Constantino Caesare Constantini si- lio congregatam mediam Tauri praefecto, & tunc, & in aeternum con- firmetur esse damnatam.

Legendum esse, a Constantio Caesare, plane constat, siquidem Ariminensis synodus congregata fuit anno ferme 23. imperii Constantij eo tempore quo vita sanctus Constantino, & Constante fratribus solus Romanum obtinebat imperium: idque praemittunt Ecclesiastici, historici, qui huius synodi mentionem fecerunt. Etenim cum grauis esset contentio inter Catholicos, & Arrianos super Niceni concilij simbolo de filio patri consubstantiali, foretque necessarium concilium vniuersale iterum congregari ad eam controuersiam sedandam, essetque difficillimum; Constantius Imperator iussit occidentales Episcopos Crimini in Italia conuenire, orientales vero Seleuciae in Syria: quibus tandem synodis congregatis Seleuciae nihil actum est, propter varias Episcoporum opiniones. Arimini vero primum obtinuerunt Catholici Nycenam Synodum recipientes refragantibus Ursacio, & Valente Arrianis, miseruntque Constanti- nopolim decem legatos ad Imperatorem, ad quem & alios decem, ut ab initio conuenerat, Synodus Seleucienensis miserat. Demum dolo, industria Acacij, & violentia prope a Caesare illata vtriusque Synodi legati fide a Smyrneni concilio data receperunt, & consentientes tolli de simbolo Niceni concilii, verba illa quibus filius asseritur consubstantialis patri, & eorum loco scribi, & qualis patri. Quod palam Arrianum dogma praesertit, & profitetur. Hec breuiter adnota. ex Socrate li. 2. praefatum c. 37. 38. & sequentibus, Theodorico li. 2. c. 18. Sozomene li. 4. c. 7. Hieronymo in chronico, & in dialogo aduersus Iulianum, Rufino li. 1. Eccl. hist. to. c. 21. Cassiodoro li. 5. Tripart. ca. 22. & 34. Nicephoro li. 9. c. 39. & seq. Taurum autem praefectum praetorio ex iussu imperatoris huic synodo Ariminensi adfuisse, testis est Hieron. in praetito dialogo aduersus Iulianum. Sed Romae Ecclesiae Pontifex ac summus totius Christiani orbis praesul

Cam.

Secundum synodo Romæ congregata, Nicenâ fide recepti, & Ariminienicæ synodum damnauit, auctore Nicephoro li. 11. c. 3. post Theodoritum li. 2. c. 22. & Sozomenum li. 6. c. 22. & 23. Item Iulianum nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri octo Apocryphi.

Ita legendus est hic locus ex Burchardo, & sane præter auctoritatē Gelasij extat Eusebij li. 3. de Eccl. hist. c. 37. & Hieronymi in li. de scriptoribus. Eccl. iudicium de Clementis Papa operibus, nec vlla ibi fit huius operis mentio, imò Eusebius aperillime fatetur, & sentit Hieronymus, aliquot libros vulgo legi huius auctoris titulo, qui falso illi fuerint suppositi. Quamuis ea opera, quæ Clementina dicuntur, existimet Nicephorus li. 3. ca. 18. diui Clementis esse, ab eoque scripta fuisse. Sed refragatur Gelasius saltem quoad Itinerarium. Et rursus apud Gratianum Leo Pontifex in c. Clem. 16. dist. & Epiphanius li. 1. Pannarii. & Rufinus in Apologia Origenis. Et quatuor recognitiones librorum quos ille circuitiones Petri hinc tandem recognitiones nominat, idem esse opus ipse æstimauerim vterque tamen censet, eos libros à prauis ac peruersis hominibus sic corruptos fuisse, vt eis dogmata falsa proferret & à sanctis Patribus aliena inserta esse manifesta probet. Vt tandē Nicephorus Clementina dixerit alia diui Clementis opera, q̄ vere eius titulo fuere olim à sanctis, doctiq; viris recepta idē vero Clementis in vltimo Canō. Apostoli meminit duarū ipsius Clementis Epistoliarū: atque itē Institutionū, quas in octo libros distinctas Episcopis nuncupauerat, eas tamē scribit, non oportere in omnib; publicare, propter eorū quādā arcana mysteria. Sed & sexta synodus in Trullo c. 2. has Clementis institutiones ex eo rescellit, quod adulterina quēdā & à Christiana pietate aliena fuerint ipsas ad Ecclesie pernitiā & hereticis inserta. Cuius Canonis & Zonaras meminit in Canone Apostolorum 66. & vlt. multa tamē hic Institutionum liber continet, quæ digna lectū sunt, & plurimum conferre possunt ad Ecclesiasticæ Reipublicæ salubre institutionem.

Actus nomine Andreae Apostoli Apocryphus. actus nomine Thome Apostoli Apocryphus. Actus alius nomine Petri Apostoli Apocryphus. Actus nomine Philippi Apostoli Apocryphus.

Sancta Romana Ecclesia spiritu sancto ducēte ab initio religionis Christianæ tantū actus Apostolorum à diuo Luca scriptos recepit, ac probauit, reliquos Apocryphos esse decernens. Quæ quidē historia non tantū Apocrypha cēnsentur, vt publice in ecclesijs non legantur, sed vt ipse opinor vt nec priuatim legi possint ex eo, quod fortassis multa illis reperiantur ab hereticis: & gentilibus cōficta in Christianæ fidei detrimentum. De his, & de similib; Leo Papa Epist. 91. c. 15. ad Toribij Astoricensem Episcopū ita scribit, Apocrypha autē scripturæ q̄ sub nominib; Apostolorū multarū habent seminarium falsitatis, nō solū interdicēde sed etiā penitus auferēde sunt, atque ignib; cōcremande. Quas enim sint in illis quædā, q̄ videantur specie habere pietatis, nunquā tamen vana sunt venenis, & per fabularū illecebras hoc latentur operatū, vt mirabiliū narratione seductos, laqueis cuiuscunq; erroris inuoluāt. Hęc Leo. Quibus cōueniunt q̄ scribit Aug. lib. 15. de ciuitate Dei, c. 23. & li. 22. contra Faustū Manicheum. c. 79. de Apocryphis scripturis, quæ sub Apostolorū nominib; ab hereticis proferuntur, idē super Mathæum ca. 27. Et in specie de actib; Andreae Apostoli à quibusdā hereticis cōfictis tradidere hoc ipsum Innocentius ad Exuperium Philakter. de heret. c. 48. Rursus diuus Aug. in li. de fide contra Manicheos. c. 38. & de alijs Apost. actib; idē scribit Epiphanius li. 1. aduers. heret. Tom. 2. in scdm 30. Tameñ hic auctor de actis à D. Luca scriptis, ab hereticis vero Ebionitis deprauatis & falsā doctrina infectis agere videatur. ex quibus satis cōstat, nec actus Euangelia, nec alias scripturas nominibus Apostolorū editas publice, aut priuatim legendas fore præter eas, quæ ab Ecclesia Catholica fuere receptæ. idipsum docet Eusebius li. 3. Eccl. hist. c. 25. & post eū Nicephorus li. 2. c. vlt. à quib; simul cum alijs Apocryphi cēnsentur actus Petri Apostoli, actus Pauli, actus Andreae, actus Ioannis, & omnes alij Apostolorum nominib; editi præter Lucæ Euangelistæ actus scribit Trithemius in Clemente, à Gelasio Apocryphum cēnsenti opus, quod editum est inter opera Clementis Papæ, & dicitur Petri, & Appionis dialogus, quem librū Eusebius lib. 3. c. 38. & Hieron. in Clemente, vt Apocryphū repudiari scripsit. Et tamen non video quæ huius decreti parte à Gelasio Apocryphus iudicetur, nisi hoc in loco sub nomine Actus Petri.

Euangelia Thaddæi nomine Apocrypha. Euangelia nomine Thome Apostoli, quibus Manichæi vtuntur, Apocrypha. Euangelia nomine Barnabæ Apostoli Apocrypha. Euangelia nomine Bartholomæi Apostoli Apocrypha. Euangelia nomine Andreae Apostoli Apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, Apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Hirtius, Apocrypha.

Apud Burchardum, in primo conciliorum Tomo apud Gelasium his adduntur Euangelia nomine Petri Apostoli Apocrypha. Rursus apud Gelasium: Euangelia nomine Matthie Apocrypha. Euangelia nomine Iacobi minoris Apocrypha. Sed & Euangelium Petri, & Euangelium Matthie, Euangelium Thomæ & omnia alia Euangelia præter quatuor à Catholicis repudiari, vel vt ab hereticis cōficta, asseuerant Eusebius li. 3. c. 25. Nicephorus li. 2. c. 45. & 46. Clemens vero Alexandrinus in Stromata. li. 2. vtitur testimonio Euangelij secundum Hebræos, quod à quatuor iam receptis diuerium est, & à Catholicis repudiatur, auctorib; Eusebio & Nicephoro, qui & li. 3. ca. 13. post Eusebium li. 3. ca. 27. scribit, hoc Euangelium tantum vfos fuisse Hebræos hereticos reliquis improbat. idē Eusebius in d. ca. 25. tradit Hebræos, qui Christi fidem susceperant, hoc Euangelium potissimū, ac præ cæteris admisisse. Quod & Nicephorus repetit li. 2. c. 46. Quin & Hieron. in Iacobo iusto huius Euangelij meminit, & quædam ex eo adducit asseuerans, à seipso versum fuisse in Græcam & Latinam linguam. Origenemq; eius testimonio vsum esse. Rursus Clemens Alexan. li. 3. Strom. vtitur Euangelio secundū Agyptios non semel sed aliorū nomine, & ita quidē vt minime videatur probare quæ ex eo adducuntur. Hęc sane & omnia alia Euangelia, quæ præter quatuor ab Ecclesia recepta nomine cuiusque Apostoli vulgata fuerit, sunt omnino in tenebras reiicienda, nec publice, nec priuatim legendanda: imò igni cōcremanda ex Leonis Papæ auctoritate, Gelasij decreto, diui Augusti, & aliorū, qui existimarūt, hæc ab hereticis fuisse cōficta, & falso supposita. Manichæos autē vfos fuisse Euangelij Thomæ Apostoli ante Gelasium tradit diuus August. in serm. 22. de verb. Dom. Imò Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi. 4. scribit, ipsos Manichæos hoc Euangelij scriptis idē Catechesi sexta idem explicat apertius, asseuerans, hoc Euangelij scriptū fuisse nō à diuo Thoma. Apostolo, sed à Thoma quodam Manetis discipulo. Quis vero fuerit Lucianus, qui Euangelia falsauit quorū Gelasius meminit, dubium est: sed cū hic agamus de re hereticis admodum cōueniente, existimo, hunc Lucianum fuisse ex sorore nepotem Euanomii heretici, & Episcopum Constantinopolitanū qui sub Arcadio, & Honorio in Episcopatu Eudoxio successit, quiq; hereticus fuit quemadmodum scribit Nicephorus li. 3. c. 1.

Euangelia, quæ falsauit Hirtius. Apud Burchardū, & Gelasium in primo conciliorum Tomo. legitur, Ylitius, aut Ilicius, vel Elicius.

Liber de infantia Saluatoris Apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obsequio Saluatoris Apocryphus. Liber qui appellatur Pastoris, Apocryphus. Liberi omnes, quos fecit Leuiticus discipulus diaboli, Apocryphi. Liber qui appellatur fundamentum, Apocryphus. Liber, qui appellatur Thesaurus, Apocryphus.

Liber, qui appellatur Pastoris. Hunc librum ab Ecclesiasticis scriptorib; & Catholicis extra Canonem cēnsenti, & repudiari, scripsit Eusebius li. 4. de hist. Eccl. c. 25. & Nicephorus li. 2. c. vlt. idē asseuerat Cyprianus aut Rufinus in expositione Symboli scribens, ex nouo testamento extra Canonem cēnsenti, Ecclesiasticū vero appellari libellū Pastoris, sive Hermatis, qui appellatur due viæ, vel Iudiciū secundum Petrum. Eius tamen testimonio vltus est Irenæus, auctorib; eodem Eusebio li. 5. ca. 8. & Nicephoro li. 4. c. 14. ex hoc libro Arrianos locum quendam ad eorum hæresim probandam adduxisse, testis est Athanasius apud Theodoritum li. 1. c. 8. Eiusdem libri auctorē fuisse Herman. cuius meminit Paulus ad Romanos c. vlt. ex multorum opinione existimant Origenes in libris *de principijs* & Hier. de scriptoribus Eccl. in Hermata, qua ratione opinor, hunc librum citari nomine reuelationis, aut visionis, quæ Hermæ apparuit, à Clemente Alexandri. li. 2. Stromatum, atq; alibi non semel in eodem opere. Idq; palam fecit Pius Pōtifex huius nominis primus in primo suarum Decretalium, & apud Gratianum ca. *in se vos volumus*, de cons. dist. 3. Sed & Hermæ hunc librum quosdam adscribere testis Nicephorus in d. ca. vlt. scribens ex antiquis non paucos eo vfos fuisse. huius item libri meminit Ioan. Cassianus in collat. 8. c. 7. item Iuo Carnorensis part. 7. c. 243. & Gratianus in c. Ego dixi Pastori, 34. q. 2.

Leucius discipulus diaboli.) Apud Burchardum legitur Leucius, apud Gelasium in primo conciliorum tomo Lucius, qui fortassis est Lucius ille Arrianus Alexandriae Episcopus Athanasio refragante electus: cuius Ecclesiastici historici meminere. Quod si quis legerit Leucius, non contendam cum eo. Na & huius haereticus meminit D. August. in li. de fide contra Manichaeos. cap. 38.

Liber, qui appellatur de filiabus Ede, vel Genesis, Apocryphus. Liber qui appellatur Pentametrum de Christo Virgilianis compaginatam versibus Apocryphus. Liber, qui appellatur actus Teles & Pauli, Apocryphus. Liber, qui appellatur Leporius, Apocryphus. Liber Prouerbiorum ab haereticis transcriptus, & sancti Sixti nomine signatus, Apocryphus.

Liber, qui appellatur de filiabus Ede, vel Genesis. Ita enim legitur apud Gratianum, & in primo conciliorum tomo, apud Burchardum vero falso, & corrupte legitur, de filiabus Ede Genesis. Fortassis hic liber est illa parua Genesis, quae citatur à Ioan. Zonara in 1. Annalium Tomo. Vbi scribit hoc opus non esse à ditius patribus inter approbata relatū, Adducitur & hic liber non semel à Gregorio Cedreno in Epitome. Liber qui appellatur Pentametrum. Apud Burchardum & in primo conciliorum tomo rectius legitur, Centimetrum de Christo. Hexametris enim versibus Virgilius vsus est, non Pentametris. Centimetrum vero hoc in loco non intelligitur poema centum compositū carminibus, sed ex multis, alienisque hinc inde compositis versibus in vnum coagmentatum, & cōfectum: quod centonem appellamus à veste vili, vt rustica, variis & verlicoloribus segmentis, filiisve conluta. Est igitur, quae ex parte poetas atinet, cento variis de locis, sensibusque diuersis quaedam carminum structura, in vnum versum vt coeant aut cæsi duo, aut vnus, & sequens cū medio. Nam duos iunctim locare ineptum est, & tres vna serie mera nugæ. Agitur etenim ab auctore centonis, vt sensus diuersi cōgruant, & adoptua quae sunt, cognata videantur, aliena ne interluceant, accersita ne vni redarguant, densa ne supra modū protuberent, hūilca ne pateant. Hæc graphice Aulonius ad Paulinū in epistola nuncupatoria nuptialis centonis. Cui cōueniunt Tertullianus in li. de præscript. aduersus haeret. & illic Rhenanus, Hieron. in epistola ad Paulinum, quae prima est 3. tomi. & in adnotationib. Erasmus Gregorius Gyraldus de poetis dialogo 1. Hinc apud Tertullianum Homero-centones & apud Hieronymum Homero-centones, & Virgilio centones opera ad hunc modū more centonario ex multis hinc inde Homeri, aut Virgilii versibus cōposita. Quae Suidas quædamque vocat in dictione, ἀπὸ τῶν ἑρῶν. Veteres quosdam imitata Proba Falconia matrona Romana Adelphi viri proconsularis vxor tempor. Theodosii Iunioris miro artificio hoc genere scribendi vitur. Nam ex Virgilianis versibus omnem Christi seruatoris vitā edito hac de re centone explicauit Sed & ipse Theodosii Iunioris vxor Eudocia carminū & poetices admodū studiosa, sicuti constat ex Euagrio li. 1. Eccl. hist. c. 20. & sequenti. Socrate li. 7. c. 21. & 47. & Nicephoro li. 24. c. 22. & 23. qui eam mire laudant ingenij dexteritate, & humanarū literarū cognitione. Hæc inquam insignis femina centonem ex Homeri carminibus de Christo confecit, auctoris Trithemio de scriptor. ecclesiasticis, & Gregorio Gyrardo de poetis dialogo 5. & Ioanne Zonara, qui in Theodosio Iunio scribit, hoc opus à Patricio quodam imperfectū, & indigestū relictū fuisse, & tandem Eudociam imperatricem illud abfoluisse: vt inscriptio versibus, heroicis præfixa declarat. Vtrumque poema vulgo circumfertur, Græce & Latine, legiturque privatim, quamuis Latinum à Gelasio inter Apocrypha referatur. Huiusmodi poemata non admodum probare videtur Tertullianus, eaq; aperte improbat diuus Hier. quia vitiosissimū sit deprauare sententias, & ad vtilitatem suā scripturā trahere repugnantē, quasi, inquit, non legerimus Homero-centonas, Virgilio-centonas, ac non sic, etenim Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia scripserit, iam rediit virgo, redeunt Saturnia regna: iam noua progenies caelo demittitur alto, & patrem loquentem ad filiū, Nate mea vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: talia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorū ludo similia docere quod ignores, imo, vt cū stomacho loquar, ne hoc quidem scribere quod nescias. Hæc Hieron. Ex quibus verbis adnotarunt quidam ante Probam, & Eudociā huiusmodi poemata, etenim de Christo fuisse conscripta. Quod fortassis verum est: potuit enim contingere. Ipse vero existimo ante Hieronymum ex Homero, & Virgilio

centones etiam de rebus prophanis editos fuisse quae Tertullianus palam asserit scribens Quidam Tragediam quandam ex Virgilio plenissime expressisse. Ex eodemq; Virgilio bulam Cebeus explicuisse. (Quaquam exilliant quondam Tertulliani locum non de Quidio illi Poeta, sed de Quidio quodam Cera esse intelligendum, Quidius sane Medam Tragediam, quae a Fabio Quintiliano summo opere laudatur, ex Virgilianis versibus contextuisse, vero non cōsonat atque ideo apud Tertullianum ipse legere, Quidius Scythiae vbi falso legitur, Quidius citra: tamen & eadem tragedia Medea à Tertulliano dicitur. Quae quidem opera, & alia huiusmodi legere potuit Hiero. qui in fallor, dum improbare videtur, à quo in oratione de Constantino Magno, quae post quatuor libros de eius vita ab eodem scriptos, nuper Græce prodijt in lucē, tota fere Virgilij ecloga, quae incipit Sicelides Musa: ad Christi Saluatoris aduentum deducitur apud gentiles olim de Christo prædixerat Erythraea Sybilla cuius hac de re, carmina in eadem oratione refert ipse Eusebius Græce, & idē plures auctores fecere, præsertim ex Iuniorib. Gregorius Gyraldus dialogo 2. de poetis. Latine vero D. Aug. li. 18. de ciuitate Dei. c. 23. scribens, carmina è Græca lingua in Latinam traducta fuisse à quodam latino: cuius non tantum tenem hunc interpretem fuisse Ciceronem ex Eusebio constat. Quod est adnotandum ad diu. August. locum. Id etenim ante nos à nemine obseruatum legimus. Sed & ipse Cicero lib. 2. de diuinat. scribit Sibyllas multa per veritū initia significare cōfueuisse: quo in loco fortassis de Sibyllinis carminibus, sensus, quorum Eusebius, & Augustinus meminere, ex aethiostichi quadam prætextis.

Liber, qui appellatur Leporius Apocryphus. Apud Burchardum & in primo conciliorum tomo apud Gelasium vete legitur, Liber, qui appellatur Nepotus Apocryphus. Fuit enim olim. Nepos quidam apud Aegyptios Episcopus, à quo dicitur Nepotiani haeretici, qui librum eundem Nepotis præterentes, eius auctoritate ostendere, ac probare nitentur, regnum Christi in terris futurum, designatam quandā mille annorum vitam referentes. Quem equidē librum, & Iudaicam auctoris opinionem duobus de promissionibus libris compositis Dionysius Alex. Episcopus euentus: sicuti scripserit Eusebius li. 7. Eccl. hist. c. 23. & 24. & Nicephorus li. 6. c. 21. Hic igitur Nepotis liber dubio procul est, qui à Gelasio inter Apocrypha numeratur, quique nec priuatim, nec publice leg. debet.

Reuclatio, quae appellatur Pauli Apocrypha: Reuelatio, quae appellatur Thomae Apocrypha. Reuelatio, quae appellatur Stephani Apocrypha. Liber, qui appellatur transitus sanctae Mariae Apocryphus. Præter Apocalypsim Ioannis Apolliti, & Evangelia, nullam aliam Ecclesia recipit, quamuis olim nomine Apostolorum plures Apocalypsi fuerint vulgo editae: Nam & inter illegitima & adulterina scripta Apocalypsim Petri ferunt Eusebius li. 3. c. 25. & Nicephorus li. 2. c. 17. Qui li. 11. c. 34. & post Sozomenū li. 7. c. 19. asseuerat, Petri Apocalypsim subditiam, & illegitimā veteribus indicatam, apud Palæstinos semel quotannis in Ecclesiis quibusdam in die parasceues legi solitam fuisse: & Pauli Apocalypsim, quam ex priscis hominibus nemo vidit, monachos plures ætate Sozomeni cum veneratione admirari, referentes Theodosij Magni tempore, librum istum diuina reuelatione reperitū fuisse. intra mermoream arcā Tarsi Giliciae in domo ipsius diui Pauli: quod falsum esse Ciliæ presbyter Ecclesiae Tarsensis, grandaeus homo, & canitie venerandus confessus est ipse Sozomeni cum hac de re interroganti, qui edmiratus est, si non ab haereticis fama ea conficta esset. id quod multis aliis libris factū esse, idem Sozomenes, & Nicephorus fatentur. Ex quibus, admonemur. quā periculolum sit alios libros de reb. diuinis scriptos legere, quam eos qui fuerint ab ecclesia, & ecclesiastica traditione probati, & recepti.

Liber, qui appellatur transitus sanctae Mariae Apocryphus. Opinor à Gelasio Apocryphum censi librum olim editū de morte Mariae virginis, & de his, quae tunc in eius obitu, funere, & exequiis contigere. Verū licet in Euangelis, & actibus apostolorum, & Apostolorum nihil scriptū sit de morte diuinae Mariae virginis, receptū tamē est, eam subijisse mortē corporalem: quod Hieron. Aug. & alij ecclesiastici Doct. dicere non reformidant. Tēpus vero huius obitus Eusebius in chronico adscribit an. Dom. XLVIII. & sexto Claudij imperatoris.

Nicephorus li. 2. c. 21. an. 5. Claudij Caesaris hoc tribuit. De-
mum corpore & anima in cœlū virginem sacratissimā ad-
sumptā fuisse, licet Hier. in sermone de assumptione, affirmare nō
fuerit ausus, & primum hæsitauerit in sermone 35. de Sanct. Au-
gust. tandē hic Ecclēsię doctor celebratissimus scribit, cō-
gult tandē hic Ecclēsię doctor celebratissimus scribit, cō-
sentaneum esse credere Mariam secundū corpus & animā
in cœlum adsumptam fuisse, idem ex eo refert & probat S.
Thomas 3. parti. q. 27. art. 1. & q. 83. art. 5. idem Iuuenalis Hiero-
solytorū Episcopus, vir magnus sane & diuino afflatus
spiritu, scriptis suis cū fide confirmat, auctore Nicephoro
li. 2. c. 21. scribente hinc famam esse, non ita pridem
adsumptionē sacratissimæ virginis celebrari cœptam fuisse.
Hoc solennē festū catholica Ecclēsia 15. die Augusti mag-
nā cū religione celebrat, totūq; Christianæ plebis ingen-
tialacritate adeo veneratur, & colit Dei genitricis adsumptionē,
nempe, ut plane impium sit, ac temerariū hæc de re dubitare
in graue pœnitissimorū scandalum. Sed & Eusebius inquit,
Maria virgo Iesu Christi mater ad filiū in cœlū adsumitur,
vt quidā fuisse sibi reuelatū scribit. libet autē de hoc transi-
tu diuinæ virginis etiam a diuo Hieron. in d. sermone. aut epi-
stola de assumptione Mariae, ad Paulam & Bautochiū Apocryphus
esse censetur, sicuti & Beda in tractatione in
acta Apostolorum ex eo fortassis, quod in eo libro multa
commemorentur eo tempore accidisse, quæ abiq; vilo cer-
to testimonio asseuerantur, & ne dubia pro certis in re, ad-
eo graui passim & publice legatur. Tameñ ex eo libro ali-
qua retulerit Nicephorus Grecus ecclēsi. hist. author, & no-
stra etate referant Iohannes Eckius, & alij viri catholici, qui
super Euangeliā, & de solennibus ecclēsiæ festis sacras cō-
tiones scripserit, à quib; etiam aliquot loci sacre scripturæ
post August. & alios adducuntur, ad probandā diuæ Mariæ
resurrectionē, adsumptionēque in cœlū secundū corpus &
animā, postquā sacratissima virgo mortē obiecit corpora-
le. idē probat Petrus Galatius lib. 7. cap. 10. Ioannes Dama-
scenus, & Andreas Cretensis Archiepiscopus Hierosolymita-
nus in his orationibus, quas de hac solennitate scripserit:
& extant Tomo Sexto vitarum, quæ magno cum studio ab
Alyo Lippomano collectæ fuerint. In primo conciliorū
Tomo legitur hic locus. Liber, qui appellatur transitus, sci-
licet adsumptio sanctæ Marię Apocryphus. Hic vero liber
à Trithemio Melitoni Sardensī tribuitur. Quod dubium, ef-
se videtur & probari poterit ex eo, quod Hieronymus inter
opera huius authoris plane hoc prætermiserit.

Liber qui appellatur penitentia Adæ. Apocryphus. Liber qui appellatur
Diogenes nomine Gigantis, qui post diluuium cum Dracone ab hereti-
cis pugnasse perhibetur. Apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Iob,
atq; Iacob. Apocryphus. Liber qui appellatur de penitentia Origenis, Apo-
cryphus. Liber de penitentia Cypriani, Apocryphus. Liber, qui appellatur,
Iamnes & Mambres. Apocryphus.

Hæc apud Gratianum. Apud Burchardum, & in primo
conciliorū Tomo verius legitur, Liber, qui appellatur Diogē-
nes nomine Gigantis, & paulo post, Liber, qui appellatur
testamentū Iob. Deinde in primo conciliorū Tomo legitur
Liber, qui appellatur penitentia Iamne, & Mambres. Apo-
cryphus. Iamnes vero, & Mambres resisterunt Moyfi, quem ad-
modum & impij ac proterui resistunt veritati, teste Paulo,
2. ad Timoth. c. 3. quō in loco Chrylōstomus scribit, hos fuisse
magos Pharaonis, qui resisterent Moyfi, & veritati, signa in
Egypto fecisse leguntur Exod. c. 7. quamuis horum nomina
in veteri testamento nusquam reperiantur, sed illa Paulus
spiritu didicerit. Horum meminere Numerius Pythagori-
cus li. 3. & Eusebius de preparat. euang. lib. 8. c. 3. [meminit &
huius libri, qui dicitur Iamnes & Mambres, Origenes tract.
35. in Matth. & hos fuisse Magos Pharaonis scribit Georgius
Cedrenus in Annalium Epitome, atque idem diuus Augu-
stinus Epistola 119. ad Ianuarium.

Liber, qui appellatur fors Apostolorum, Apocryphus. Liber Susanne Apo-
cryphus. Liber, canonum Apostolorum, Apocryphus. Liber, Physiologus ab
heretico conscriptus, sed beati Ambrosij nomine præsignatus, Apocryphus.
Historia Eusebii Pamphili, Apocrypha.

Hæc apud Gratianum. In primo conciliorū Tomo apud
Gelasiū legitur, liber qui appellatur fors Apostolorum, Apo-
cryphus. Liber, qui appellatur Ius Apostolorum, Apo-
cryphus. Liber, qui appellatur Ius Physiologus, Apocryphus. Li-
ber autē Physiologus interpretor enim, qui de rerum nā-
turis tractat. Apud Burchardum legitur, liber, qui appella-
tur Ius Apostoli, Apocryphus, sed, corrupte, fideliorq; ex-
tat lectio in 1. conc. Tomo. Refert tamen Eusebius in d. li. 3. ca. 25.

librum quendā inter Apocryphos, cui titulus erat, Doctri-
na Apostolorū. idem tradit Nicephorus. li. 2. c. 21. Et Athana-
sius in synopsi. & de libro, qui appellatur fors Apostolorū.
idem repetit ex Augustino Gratianus in canon. obseruati. 26. q. 7.

De cannib; Apostolorum varie ab historicis, & veteri-
bus Theologis tractatur: sed Nicephorus li. 3. c. 18. de Cle-
mente primo scribens ait. Hunc autē, & Apostolicarū con-
stitutionum, & sacrorum quoque canonum authorem esse
credimus. Gratianus vero in principio, 16. dist. exstimat. eos
translatos fuisse à diuo Clemente: nam Græca lingua pri-
mum fuere editi Apostolorum canones, sicuti & nunc cir-
cumferuntur cum vulgari ac veteri, atq; item noua Grego-
rij Haloand. Latina translatione. Ex quorū vltimo capite de-
ducitur, quod Nicephorus scripsit. Præter Gelasiū hos
canones inter Apocryphos connumerari apud veteres, testa-
tur Ildorus in principio conciliorū apud Gratianū c. 1.
dist. 16. quō in loco Gratianus ex eodem Ildoro ca. placuit.
refert, canones Apostolorum à pluribus receptos fuisse, &
à sanctis patribus Synodali authorē roboratos esse. Ex eif-
dem canonib; summōs Pontifices Victorem, Damasum, &
Anacletum in epistolis testimonia mutuo accepisse, constat.
Vt mirum sit, cur à Gelasio hi canones inter Apocryphos
libros referantur. Sed & Zepherinus Papa ex eis recepit se-
xaginta in epistola ad omnes Sicilia fideles c. 60. 16. dist. in
ipta epistola in primo conciliorū Tomo, septuaginta legi-
tur, apud eundem Gratianū, c. Clem. ab Apocryphis eximun-
tur canones Apostolorū numero tantū quinquaginta, reli-
quis inter Apocryphos relatis. Ex testimonio Leonis Papæ
Noni contra epistolam Nicetæ Abbatis, idem tradit Iuo-
Carnotensis li. 2. decretorum ca. 124. Extat epistola hæc scripta
ad Michaëlem Patriarcham Constantinopolitanū, & Leonem
Acridanum Archiepiscopus Vulg. Extat & Vmberti
episcopi, & Cardinalis, qui fuit legatus Leonis Papæ noni ad
Constantinopolitanos, liber aduersus Nicetā scriptus. Probat
etiam canonum istorū authoritas, saltem octuaginta
quinque qui vulgo traduntur, ex Canone secūdo sextæ Syn-
odi generalis, quæ apud Constantinopolim in Trullo fuit
congregata: qui quidem non octuaginta quinque canones
Apostolorū recepit, & probauit. Quam synodū ab Hadria-
no Papa primo, & à septima generali synodo in primo ca-
none receptam esse apparet. c. 6. 16. dist. quibus, & alijs ratio-
nibus Gelasij decretum hæc in parte dubium redditur: dum
canones Apostolorum inter Apocryphos libros cōmemo-
rat. Eius tamen sententiam defendere conatur Franciscus
Torensis in eo libro, quem de actis sextæ synodi, deque ca-
nonibus qui eiusdem synodi falso esse feruntur ad Salua-
tium Cardinalem scripsit, Eam legito, qui hæc de re late, ac
longe disserit.

Historia Eusebii Pamphili († Apocrypha) Rhenanus in Epistola
nuncupatoria, quam historia ecclesiastica præfixit, asti-
mat, vel Gelasiū sibi ipsi contrarium esse, vel hæc verba
ab aliquo asino adiecta fuisse. Quorum prius falso, post-
erius impudenter, ac temere dici, constat ex eo, quod in
primo conciliorū Tomo in epistola Gelasij, & apud Bur-
chardum virum diligentissimum, & cuius fidem idem Rhe-
nanus non semel probauit, hæc eadem verba reperiantur
scripta, quæ à Gratiano ex autoritate summi & vigilantis-
simi Pōtificis referuntur. Nec Gelasius sibi ipsi aduersatur:
siquidē in secunda huius decreti parte priusquam de Apo-
cryphis ageret, ita scripserit, Itē Chronica Eusebii Cæsari-
ensis, atq; eiusdē ecclēsiasticę historię libros, quāuis in primo
narrationis suæ libro tepuerit, & post in laudib; atq; excul-
tatione Origenis schismatici vnū cōscripserit librum. Propter
rerum tamen singularē notitiā, quæ ad instructionē per-
tinet, vsquequaq; nō dicimus renuendos. Quib; sane verbis
nec omnino Gelasius probat horum librorum lectionem,
nec omnino improbat, imo admonere videtur, eos caute
legendos fore. At in hac tertia decreti parte, etsi inter Apo-
crypha connumeret ecclēsiasticam Eusebii Pamphili Cæsa-
riensis historiā, nihil contrarium tradit his, quæ prius docue-
rat, si Apocrypha interpretemur ea, quæ publice in Ecclēsiis
legi non debent, priuatim tamen legi possunt: quemadmo-
dū & quo ad plures libros hoc in loco nominatim relatis
hæc significatio est prorsus admittenda. Igitur ex Gelasij
decreto legi poterit priuatim ecclēsiastica Eusebii historia
propter rerū singularē notitiā: quam pulchre textā clamat
Hieronymus. Extant vero Eusebii de ecclēsiastica historia
libri decē ab ipso Græce scripti, & nuper typis traditi opera
Ddd 3 Robert.

non debent. Nam & ab hoc auctore non satis fuit cognitū peccatum originale, li. 3. *prom. & li. 6.* minime allecutus est veram rationem, qua salutem consequi poterint, qui ante aduentum Domini excefferunt. Quamuis & eius sententiā probare videtur Io. Damascenus in sermone de defunctis. (Vterque enim probare nititur, eos, qui ante aduentū Christi & viuis excellissent, qui pie alioqui & sancte vixerat in hoc mundo, tamen absque cognitione & fidei professione saluos factos fuisse prædicatione Christi descendentes ad inferos. Scribit siquidē D. Petrus *ep. 1. c. 3.* de Christo Iesu, in quo scilicet spiritu, & his, qui in carcere erant, spiritibus, veniens predicauit, qui increduli aliquando fuerant, quibus Petri verbis probari videtur, Christū descendēte ad Inferos prædicatione legis Euangelicæ, eos liberasse, qui in eius futurū aduentū nō crediderat, eoq; in statu mortē obierant, tunc tamē eius prædicatione credentes. Quod dubius licet teneant asserere Geger. Nazianzenus *orat. 2. in Pasch.* id vero quantum cōueniat his regulis quas de fide iustificante tradidit Ecclesia, post D. Paulū satis cōstat. Nā & eos, qui ante Christi aduentū, mortē obierunt increduli in alio inferorū loco quam in limbo patrū erant, minime per Christū ad inferos descendentes liberatos fuisse, docet S. Thom. *3. par. q. 52. art. 6.* post veteres Ecclesiæ catholicæ patres: D. in quā. *Aug. ep. 99. & li. de her. 79. & li. 20. de ciu. Dei. c. 25. & serm. de tem. 137.* Hieronim. *c. 4. ad. Eph. & Epiphani. in her. Tatiani 46.* Quod si locus D. Petri de Christi descensu ad inferos possit intelligi, sicut eū videtur intellexisse D. Athanasius in *ep. ad Epistētiū.* Cyrillus de *reca. in Deū sūde ad Theodosium, & rursus ad Reginas.* Nazianzenus, & Clem. Alexandrin. in eum sententiam accipientes, & D. N. Iesū Christū, his, qui in vita crediderunt & incredulis prædicauerit apud inferos: incredulis ad purgationem & improprium: his vero qui crediderant, ad consolationem: qui quidem sensus, ex Occumenio constat ad exemplum, quod tradit Petrus de Noe prædicante, cui innumerum non crediderunt, pauci vero credentes salui facti sunt. Vnde descensus Christi ad locum damnatorum erit intelligendus per effectum supradictum ad exprobandum ad locum vero iustorum descendit anima Christi per essentiam. Quod explicat D. Thomas in *dist. q. 52. art. 2.* Quo in loco S. Doctor post diuum Augustinum in *d. epistol. 99.* Petri sententiam non de descensu Christi ad inferos, sed de operatione intelligit Iesu Christi, quam ipse exercuit, ab initio mundi in eos, qui viuentes conclusi erant in carcere anime, nempe corpori mortali, quibus per internas inspirationes in spiritu diuinitatis prædicauit. Cui sensui optime accedit exemplum de Noe prædicante. Sed et si de descensu Christi ad inferos Petri locum intelligatur post Athanasium & alios: poterit & alium admittere sensum, vt semper intelligamus fidem Christi explicatam vel implicitam necessariam fuisse ab initio mundi ad iustificationem: explicatam quidem post legem euangelicam: Diuus namque Petrus non asserit prædicatum fuisse omnino incredulis, sed his qui aliquando fuerunt increduli & ad Dei verbum redierunt, nonnulli ex ipsis, & obdormierunt in domino cū p̄p̄s ad inferos delati vsque ad Christi descensum, quo translati sunt in celum. Ita enim Petri locum interpretantur Nicolaus de Lyra. Dionys. Cath. Caietanus Ioannes Hesselus & Claudius Guilandus illi Thomae Beauxamis in *libro de Symbolo.* & Claud. de *Saintes de Eucharistia repet. 4. cap. 11.* Atque hæc de loco Diui Petri, cui cum difficilis D. Augustin. *indicta epistola 99.* diligentissime tractatur. Fidem autem explicatam esse ad salutem necessariam omnino post legem euangelicam, ex traditis à D. Augustin. *libro 19. contra Faust. cap. 14.* S. Thom. *1. 2. questio. 113. art. 4. & 2. 2. questio. 10. art. 4. ad 3.* Et ad Rom. *cap. 10. lect. 3. ad Hebr. cap. 10. lect. 4. & cap. 11. lect. 2. ad interpretationem D. Marci cap. 11. vltim.* & D. Pauli ad Galat. *cap. 3.* Quibus Synodus Tridentina mire accedit. *sess. 6. de iustificac. cap. 6.* Floruit autem Damascenus sub imperatore Leone Ilaurico anno fere 750. vt constat ex Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, qui eius vitam scripsit, vt tandem, si de hoc Damasceno Trithemius est intelligendus, parum illi fidendum sit, qui eum floruisse tradit tempore Theodosii, qui multis ante annis imperium obtinuit, quare ratione miram non erit ab eodem Damasceno in eodem sermone Diuum Gregorium summum Pontificem in testimonium adduci.

In primo concilio Tomo apud Gelasium legitur, Opuscula Africani Apocrypha, Opuscula Commodiani Apocrypha.

Iulius vero Africanus claruit eodem tempore, quo Origenes quinq; de temporibus scripsit volumina, & alia Opuscula quorum meminere Hieronymus, & Trithemius de scriptoribus eccles. Eusebius *lib. 1. cap. 6. & 7. libro. 6. cap. 37.* Nicephorus *lib. 1. cap. 9. & 11. item libr. 5. cap. 21.* Hic sub imperatore M. Antonio Helioabalo legationem suscepit pro inflatione vrbis Emmaus in Palcatina. quæ postea dicta est Nicopolis, auctoribus Eusebio in *Chroniciis* & Hieronymo de *scriptoribus eccles.* Huius opera censentur fortassis à Gelasio Apocrypha ex eo, quod Susannæ historiam contenderit à libris Danielis eximere, & à Canone sacrarum scripturarum abicere id Epistola quadam ad Origenem scripta, contra quem hac in re scripsit doctē, & eleganter idem Origenes: vel ex eo, quod, hic auctor scripserit libros, qui inferbantur Celti. Quorū meminere Eusebius in *d. cap. 37.* Nicephorus in *dist. cap. 21.* & Suidas in dictione *Africanus* asseuerans, Africanum libris 24. Cestis scripsisse, in quibus tradiderit naturalia veluti quedam remedia ex verbis, incantationibus, & piētis quibusdam characteribus ad medclam ægritudinum, aliaque efficaces operationes, atque hæc de Africano. De *Commodiano* vero Gennadius scribit, aduersus gentes opus quoddam edidisse: in quo, quia parum nostras attigerat literas, magis illorum dogmata destruere potuit, quam nostra firmare. & de diuinis promissionibus vili factis, & crasso sensu differuit, illis stuporem, nobis desperationē ineuitens. Hæc ex Gennadio, vt merito huius auctoris opera fuerint à Gelasio inter Apocrypha relata.

Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Opuscula Pictauiensis Victoris Apocrypha. Opuscula Faustini Rheginensis Galliarum Apocrypha. Opuscula Eumenicii Apocrypha.

Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum Apocrypha. In primo concilio Tomo apud Gelasium ante opera Cassiani ita legitur: Opuscula Tatij Cypriani Apocrypha. Opuscula Arnobij Apocrypha. Opuscula Tyronij Apocrypha. Opuscula Calsiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Ipse vero legendum esse cenfeo, Opuscula Tatiani Apocrypha, vt intelligamus de illo Tatiano, qui inflatus eloquentie tumore, nouam condidit hæresim, quæ *Encratitarum* dicitur, quam postea Seruetus auxit à quo eiusdem partis heretici Seruetiani vsque hodie appellantur ex Hieronymo de scriptoribus eccles. Eusebio *lib. 4. c. 26. & 27.* Necephoro *lib. 4. c. 14.* & Augustino de *haer.* Claruit sub M. Antonio philosopho prope annum domini 170. Eusebius in *chroniciis.*

Opuscula Arnobij Apocrypha. Arnobius sub Diocletiano principe Sicæ apud Africanam florentissime Rhetoricam docuit, scripsitque aduersus gentes quæ vulgo extant volumina: teste Hieronymo de *scriptoribus eccles.* Quin in chronico post Eusebium idem scribit sub Constantino Magno. Qua verò ratione huius auctoris opera Apocrypha censentur à Gelasio, mihi nondum est compertum, huius etenim auctoris libros, etiam si legerim, nondum mihi per occupationē licuit examinare quid in eis scriptum fuerit, quod ad Apocrypha pertineat. Quamuis de anime immortalitate, & de angelorum natura quædam scripserit, quæ caute legenda fore existimauerim: præterquam quod Gentilium deorum fabulas nimis inculcat: & *lib. 7.* licet de sacris deorum gentium agat, nouellam rem esse existimat thus in sacrificiis.

Opuscula Tyconij Apocrypha. Tyconius quidam qui contra Donatistas inuectissime scripsit, cum fuerit Donatista, & illic inuenitur absurdissimi cordis, vbi eos non omnino ex parte relinquere voluit, fecit librum, quem Regularum vocauit. Hæc Augustinus *li. 3. de Doctrina Christiana, c. 30.* qui huius suspecti auctoris doctrinam diligenter examinat, ab eoque in pluribus dissentit. Ex quibus lector poterit expendere, & satis percipere, iurē optimo eius scripta Apocrypha censerit Floruit sub Theodosio, & liberis eius, prope annum domini 390. auctore Trithemio & Gennadio.

Cassianus vero presbyter apud Gallos, aliquot edidit Opuscula, quæ Gelasio non satis placere, atq; ideo ea inter Apocrypha connumerat, fuit natione Scythæ, apud Malsiliam presbyter, vbi viuendi finem fecit Theodosio, & Valentiniano regnantibus, auctore Gennadio, qui varia eius Opuscula connumerat, & laudat; Trithemius vero scribit, eū in multis reprehēdi à beato Prospero de libertate arbitrij: & ideo eius opera Apocrypha censerit.

Opuscula Pictauiensis Victoris Apocrypha. Apud Gelasium in primo concilio Tomo, & Burchardum legitur, Victorini Pictauiensis, hic, teste Hieronymo, fuit Episcopi Pictauiensis.

uenfis, qui multa scripsit opera, grandia quidem sensibus viliora tamen compositione verborum, quod magis Graecis sciret, quam Latine, Tandem martyrio coronatus est, temporibus Valeriani, & Galieni, auctore Trithemio, eius opera inter Apocrypha censentur ex eo fortassis, quod de rebus grauisimam vili verborum compositione fuerint edita.

Opuscula Faustini Rheginensis Apocrypha. Faustinus presbyter apud Gallos varia scripsit Opuscula, temporibus Valentiniani, Theodosij, & Archadij. Luciferana tamen haeresi vitiosus est consensisse, auctore Genadio. Et ideo eius opera iure inter Apocrypha censentur, quod & Trithemius fatetur scribens, eum merito reprehendi,

Epistola Iesu ad Abagarum Apocrypha. Passio Gregorij Apocrypha. Passio Quirici, & Iulite Apocrypha. Scriptura, quae appellatur Salomonis contradiitio Apocrypha. Phylacteria omnia, quae non ab Angelo, ut illi consingunt, sed magis a damone conscripta sunt, Apocrypha.

Apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo legitur, Epistola Iesu ad Abagarum Regem Apocrypha. Extat vtraque epistola Iesu ad Abagarum Edessa ciuitatis vltra Euphratem Regem, & ipsius Regis ad Iesum apud Eusebium libro 1. eccles. histor. cap. 13. & Nicephorum lib. 2. cap. 7. Euagrius libro 4. cap. 28. quos pius lector legere poterit, & Christiana sinceritate obseruare quae illic ab his historicis commemorantur, ut existimet, vere potuisse contingere, tamen si non cogatur ab illis omnino credere, Etenim ab Euagrio, & Nicephoro, atque Constantino Porphyrogenito in peculiari hac de re commentario, traditur, Iesum petiisse textum lineum, in eoque prius loto suam expressisse faciem, & ad Abagarum misisse. Idem tradit Ioan. Damascenus libro 4. de fide orthodoxa. cap. 17. Addit Euagrius Cosroe obsidente Edesem urbem, & ingenti aggerem eam instans, ut facilius caperetur, deiecit omnino aggerem fuisse subterraneo quodam cuniculo factio, ut ignis lubiceretur, & lignorum materia consumpta, agger pellum iret, opusque totum corrueret. Attamen igne primum immisso, ceptum consilium ciues fecerant, quod flamma exitum non haberet, quam aere cõcipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consuevit, oportebat, eo vero consilio destituti ad sacram anchoram configentes, acceptamque diuinitus imaginem ad cuniculum producentes aqua conspersam contra pyram miserunt: subitoque diuina virtute ligna ignem conceperunt, & quae ecerrime combusta imminente statim materie ignem omnia consumentem immiserunt, donec agger omnis in fosse cuniculis confidens in cineres est reductus. Hac Euagrius Procopio de bello Persico: & post eos, Nicephorus libro 17. cap. 16. meminit huius lineae, & imaginis Ioan. Zonaras Annalium Tom. 3. in Romano Lacapeno scribente, eiusdem imperatoris aetate ex Edessa imaginem istam Constantinopolim fuisse translata.

Passio Gregorij Apocrypha. Passio Quirici, & Iulite Apocrypha. Harum scripturarum meminerat Gelasius in secunda huius decreti parte, ibique asseruerat, non legi in Romana ecclesia holice libros ex ea ratione, quam illic tradidit: atque nunc Apocryphos ideo retulit.

Phylacteria omnia. Pharisaei olim apud Iudaeos decalogum in membranulis scribere consueverunt, & in fronte ligare, ut religionis intimae specie praeberent: dicebanturque haec membranulae Phylacteria: quasi custodientia, in memoria sane, quod praeccepta illa custodire tenebantur, & veluti in custodiam, & monumentum sui haberent: sicuti in Mattheum cap. 23. explicarunt Hieronymus, Chrysostomus, & alij, Iustinus item martyr in dialogo cum Triphone aduersus Iudaeos pagina 34. Idque faciebant Pharisaei praue intelligentes mandata legis à domino data per Moysen Deuterono. cap. 6. Hec igitur dicebantur Phylacteria: id est, conseruatoria: ad quorum similitudinem, & exemplum Arioli, & excantatores ad seducendos simplices animos quaedam membranulas scriptas potius à daemone, quam ab Angelis exhibebant Christianis, quasi haec Phylacteria forent illis admodum vitia in tutelam corporis, & animae. Quae quidem praeter Gelasium omnino prohibet Gregorius Tertius cap. 12. suorum decretorum, & concilium Laodicense. c. 30. apud Gratianum in c. si quis Ariolos. & c. non oportet. 28. quest. 6.

Denique Gelasius in vltima parte huius tractatus de libris Apocryphis, damnat, & pronunciat damnata esse omnia, & quaeque haereticorum scripta cum suis auctoribus, quorum catalogum subiicit, meminitque multorum, qui in haeresim ante ipsius pontificatum inciderunt, plures tamen omittit,

quos generali quadam damnatione complectitur. Hic vero locus poterit facillime explicari, quo ad haereticorum nomina & eorum impia dogmata ex diuo Hieronymo, Augustino, Philastro, & alijs, qui de haeresibus, & haereticis tractauerunt: id etenim non est nostri instituti. Admonet tamen lectorem, apud Gratianum falso legi, Teruidus cum legendum sit, Cerinthus, ex primo conciliorum tomo, Burchardo, & alijs. Valentinus, siue Manichaeus, vbiq; legitur, quod Valentinus etiam si alium errorem à Manichaeis distulit excitaerit. Manichei tamen cognomine dignus est, qui in simillimum illis errorem incidit, ex Irenaeo lib. 3. c. 4. Dum legitur apud Gratianum Iulianus, apud Burchardum Nibianus, apud Gelasium in primo conciliorum tomo, & Iouinianus. Item vbi legitur apud Gratianum, Iulianus, & Latienfis, legitur in primo conciliorum tomo, Iulianus Celsaenensis, apud Burchardum, Iulianus Edacensis, in Prospero Aquitanico, Iulianus Athelenensis. Fuit Episcopus Capuanus, ex Genadio & Trithemio. De Nouato vbiq; extat integra mentio, quod quidam codices primam litteram mutauerunt.

Priscillianus ab Hispania. Hic auctore Hieronymo de scriptis eccles. fuit Episcopus Abila, quae ciuitas est in Hispania sacra insignis: tamen Erasmus insigniter fuerit hallucinatus quippe qui existimauerit, Priscillianum episcopum fuisse Abile, quae sit ciuitas Phoenices in Syria. Cuius errore doctè improbat Ioannes Bassus in priori parte Chronicorum Hispaniae. Sed & praeter testimonia ab eo citata aduersus Erasmus, extat Gelasius in hoc decreto, Leo Papa in Epist.

111. ad Turibum Astroicensis episcopum. Sic & apud Prosperum Aquitanicum in Chronico falso legitur Priscillianus episcopus de Galatis: cum legendum sit de Gallicia: quae est Hispaniarum prouincia ad occidentem ad cuius Metropolim Abulenensis ecclesiae pertinet. Sed & Priscillianum, in Hispania hereses excitaerit, & Abulensem episcopum fuisse constat ex Severo Sulpicio li. 2. Saera Hist. quo in loco vitio Typographorum Labilenfis Episc. appellatur. Laperius. In primo conciliorum tomo, Laperius. in Burchardo, Lampadius. nos legitimus, Lamperius, à quo Lamperiani haereticis: teste Alphonso à Castro de haeresibus in verbo, ysaian.

Sabatius. Legendum Sabbatius ex Burchardo & Gelasio in primo conciliorum tomo Socrate, l. 5. Eccl. lib. 1. c. 21. Cassiodorus in tripart. l. 9. 37. & Nicephoro l. 12. c. 31. qui huius haereticis meminerit, & idem Nicephorus l. 14. c. 31. Alterius Sabbatij apud Gallos meminit Trithemius.

His haereticis Burchardus ex Gelasio addit Photinum, qui & cum his scriptus est primo conciliorum tomo in Gelasio decreto, vbi etiam nominantur, Africanus, Nestorius, Constantinopolitanus Maximus, & Vnicus Nestorij, Photini, & Maximiani, aut Maximini mentio frequens est apud diuum Augustinum, & alios, qui de haereticis scribere. Maximus vero, & Vnicus non ita frequenter mentio facta est à scriptoribus: Nicephorus etenim lib. 12. c. 11. meminit Maximum cuiusquam Cynici philophi, quem Timotheus Alex. pastor, & episcopus Constantinopolitanum consecrauit, etiam Apollinaris labe maxime infectus. Qui postea exathoratus est in synodo Constantinopolitana, ut Nicephorus scribit ca. 13. & idem prius actus fuisse commemorat, c. 11. post Sozomenum lib. 7. c. 9. qui asseruit, hunc Maximum Niceanae fidei studiosum, & sequacem fuisse. Sed quae prius de Maximo retulimus ex Nicephoro, etiam scribit Theodorus l. 5. c. 8. Caterum contra Maximinum Arrianorum Episcopum extat August. libri tres in sexto eius auctoris operis tomo.

Postremo de historia tripartita, quae de rebus ecclesiae sticis tractat, obseruandum erit, contentum illud ex tribus Graecis auctoribus, Theodorito Cyri Episcopo, Socrate Constantinopolitano, & Hermio Sozomene, concinnatum fuisse, opera & studio Cassiodori, ex translatione, eiusdem Eupiphaniij vtriusque linguae haud satis periti, qui in plerisque suam diuinationem, non auctorum illorum sententiam pro germana lectione lectori supposuit. Sed & hi auctores adeo minutatim concessi, & truncatim commixti à Cassiodoro fuerunt in continuum historiam compendium, ut in plerisque ob concisionem, truncationemque eiusmodi merito dubitari possit, quanam fuerit citati auctoris certa sententia, quae vere apparuisset ex praecedentibus, sequentibusque verbis à Cassiodoro, dum breuitati studet, rescindis. Haec fere de hac historia Albert. Pighius lib. 2. de eccles. hierar. cap. 8. nuper vero in publicum prodire tres praenominati auctores integri & Grae-

de Graeca lingua, qua ipsi vsi fuere, ex quibus plane percipitur lector vera esse, quae Pighius de tripartita centone scripsit, poteritque verum historiam ordinem, authorisq; sensum, omnia concisione Cassiodori, & prava Ephiphani] versione Graecis scriptoribus diligenter lectis deprehendere.

Ceterum de authoribus ipsius Nicephorus in praefatione historiae ecclesiae qua lib. 1. cap. 1. scribitur, breuiter tractans, dubitat profecto an vera fuerint, quae scripserint, & praeterea Socratem animo fuisse minus puro tradit: ex eo quidem, quod Nauasianus fuerit, authore eodem Nicephoro lib. 6. cap. 37. & lib. 9. cap. 13. & lib. 14. cap. 43. idque constare videtur ex eiusdem Socratis Historia libro 2. cap. 21. Sed & Sozomenum, atq; Socratem in quibusdam mentis fuisse docet Gregorius Torrensis in lib. de sexta Synodo, super canonem 13. diuus Gregorius libro 6. epistoliarum, epistola 195. de historia Sozomeni ita scribit. Ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur. Haec Gregorius, qui & alias rationes adscribit, quae sunt omnino examinandae ex Graecis de rebus ecclesiasticis scriptoribus, nempe Theodorito, Socrate, & Nicephoro. Qui & ipsius Theodoriti fidem rursus demittere contendit, ex eo, quod tertiam synodum conuocatus fuerit impugnat, fueritque a ratione proscriptus, & excommunicatus: vt idem Nicephorus tradit libro 14. cap. 24. qui cap. 30. illum maxime laudauerat.

Quem vero Iulianus Gelafius intellexerit asseuerans contradictionem Salomonis Apocrypham esse, nondum ipse intellexit, vt quidquam certi possim scribere: nam de eo libro, qui poenitentia Salomonis inscribitur, & nomine Ambrosij falso euulgatus est, fortassis quispiam conabitur Gelafium interpretari ex eo, quod Salomon, licet aliquando fuerit in gratia Dei, 3. Reg. cap. 3. & 11. ac 2. Paralip. cap. 7. tandem reprobatus fuerit, à Deique gratia ceciderit atque ideo damnatione aeterna punitus: quem admodum consentite videtur Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 81. & 88. Cyprianus lib. 1. epist. 6. Hieronymus in epist. ad Vitalem 3. epistoliarum tomo. & Ecclesiasticus cap. 47. rursus Augustinus in enarratione Psalmi 126. Chrysostomus in serm. de poenitent. Beda, Esai. cap. 2. idem Beda in libr. Regum. 1. 29. Cyrillus lib. 7. contra Iulianum. Gregorius libro 2. Moral. cap. 2. Lyranus 2. Regum cap. 7. quo in loco Burgensis à Lyrano dicitur, & Hieronymus Ez. 42. & in Ecclesiaste cap. 1. asseuerat, Salomonem poenitentiam egisse. Cui suffragari videtur Ambrosius in lib. de Cain & Abel cap. 2. Quamobrem Arabores lib. 17. Theophrastus cap. 10. probare coniecturis quibusdam conatur, Salomonem aeterna damnatione minime fuisse puniunt, licet quae audiuit vitis, & criminibus adhuc sit fuerit ad tempus reprobatus. Res est tamen dubia, & in qua nihil certum adhuc ex Theologis asseuerare possumus, [Nam & alibi Ambrosius priorem opinionem sensisse videtur.]

CAPVT XVIII.

Expenditur ratio temporis, & Chronologia, quae in proemio partitarum traditur.

SVMARIA.

1. Anni solaris ex Romanorum institutione.
2. Anni ab initio mundi secundum Hebraeam veritatem, & septuaginta interpretes.
3. Anni à Actu, & vniuersali cataclysmo.
4. Anni initium quo tempore apud Hebraeos.
5. Anni à Nabuchodonosor, & Magno Philippi.
6. Anni à Alexandro Magno, & à Caesare.
7. Anni à Adam à Mahomete.

In praefatione, quae legibus huius regni Castellani adscripta est ab inuictissimo, sapientissimoq; Alfonso Rege huius nominis decimo, exacta quaedam ratio temporis obseruata fuit, vt plane omnibus foret perspicuum quo tempore praesantissimum illud septempartitum opus editum esset: ea vero vel iniuria temporum, aut scriptorum errore adeo aliena à vera ratione temporis circumsertur, vt operis pretium me facturum existimem; si de ipsius emendatione aliqua breui quadam obseruatione adnotauerim. Illud vero est praemittendum, veluti huius examinis basis, ac constitutissimum fundamentum, opus illud editum fuisse à Rege Alfonso decimo, filio Fernandi Tertii, caprum autem anno quarto iam integro ipsius principatus, & consummatum, aut perfectum anno septimo ab eius initio, atque ita principatus Regis Alfonso anno 11. quemadmodum ex ipsa praefatione constat, ex qua & hoc dubio procul deducitur Regem Alfonso regni regimen post patris mortem ac-

cepisse anno ab incarnatione Domini 1251. & post quinque decursis, & elapsis, mensibus. Nam vt ex chronicis constat. Fernandus Tertius pater Alfonso mortem obiit die Iouis Maii 30, anno à natiuitate Domini 1252. Vnde fit, vt anno Domini ab eius natiuitate 1252. vltimo die Maii, Alfonso regnare in Castella coeperit. Etenim licet in historia Regis Fernandi, & in dicta praefatione anni computati videantur ab incarnatione, quae computatio diuersa est ab ea, quae fit à natiuitate: quod & nos scripsimus lib. 1. Variar. resolut. c. 12. tamen vtranque computationem & historiae, & praefationis à natiuitate Domini ex multis intelligendam esse arbitramur. Primum ex autoritate Alfonso Burgensis Episcopi in Anacephalocis deinde ex consuetudine, quae apud Hispanos obtinuit, vt anni ab eisa natiuitate Domini conumerentur: & ex eo, quod si annus in praefatione ab incarnatione sic accipiendus: post annum quinquagesimum primum, non possunt tot dies ad diem Maii tricesimum anno sequenti adscribi, quod in eadem praefatione adscribuntur: vt ille numerus omnino conueniat computatione à natiuitate: siquidem ab initio anni 52. ad diem 30. Maii, numerantur dies centum quinquaginta duo. Ex quo & illud constat in eadem praefatione probari illam consuetudinem, qua annus natiuitatis à primo Ianuarij die computari, & signari solet. Dies vero, qui ab historicis morti, & funeri Regis Fernandi Tertii adscripti fuere iuxta numerum ex mense Maio, etiam conueniunt anno Domini 1252. à natiuitate obseruata diligenter litera, quae in illo anno Dominico diei competebat.

Ceterum in eadem praefatione asseuerat Rex Alfonso annum primum sui principatus esse, & computari ab anno mundi V. M. XXI. & diebus 137. atque hoc in loco intelligit annos Hebraeos, cum in omnibus eiusdem praefationis computationibus de Romanis annis loquatur expressim. Annus vero Romanus dubio procul constat duodecim mensibus, quibus & modo vtitur, & via est Resp. Romanorum ab Imperio Iulij Caesaris, qui imitatus Aegyptios ad certum dierum numerum solis redegit annum intercalario antiquo mense sublato, vt vnus dies quarto quoque anno intercalaretur, qui & hodie quoque intercalatur propter vicium quatuor quadrantes, qui ad perfectum solis cursum post 365. dies decet auctoribus Macrobio lib. 1. Saturn. ca. 14. Plin. lib. 18. c. 25. Suetonio, & Plutarch. in Caesare. Prius etenim Romulus ex decem mensibus constituerat annum solarem. Numà vero ex duodecim: sed ratione quadam adeo cõfusa, & imperfecta vt necesse fuerit, eam à Iulio Caesare immutari: quemadmodum idem Macrobius c. 12. & 13. docet. Hoc denique anno solari via est semper Christi ecclesiae, atque totus fere ad hanc vsque diem terrarum orbis, tamen varia fuerit apud pleraque gentes olim annorum ratio: quod scripsit Plin. li. 7. c. 49. Macrobius in d. d. lib. 1. c. 8. Alex. ab Alexandris lib. 3. diu. gen. c. 24. Anselmus lib. 2. de imagine mundi. cap. 10. ex nostris Andr. Tiraq. lib. 1. gloss. 10. Constat igitur annus hie Romanus ex 365. diebus, cum haeres. §. Strichus haeret. ff. de statu lib. eiusque initium sumitur à Calendis Ianuarijs. Sed & apud Hebraeos annus solaris erat in vsu, diuersa tamem mensium obseruatione: siquidem duodecim lunationis apud eos simul additis vndecim diebus faciunt annum solarem: qua de causa ipsi moti tertio quoque anno tredecim menses adscribunt, aut octauo quoque annos tres menses adijciunt: quia solaris annus lunarem excedit vndecim diebus & quarta parte, vt scribit Africanus apud Eusebium lib. 8. de demonstr. euangelica. ca. 2. [& Damascenus lib. 2. de fide Orth. ca. 7.] Nam & Plin. lib. 8. c. 25. in vnoquoque biennio viginti quinque lunationes adnumerat. Huius vero anni initium duplex adnotari potest ab equinoctio in qua vernali, & ab equinoctio autumnali, licet ordo mensium incipiat ab æquinoctio vernali. Exod. ca. 12. Vnde Nisan primus mensis Hebraeorum ab æquinoctio verno conuenit quandoque mensi Martio, quandoque Aprili propter rationem lunationum, quae modo adduximas, & qua Hebraei omnino vtuntur primum mensem computantes à prima lunatione, quae sit proximior æquinoctio verno: quae quidem lector poterit obseruare ex his quae hac de re scripsit Paulus Forsempronius, Io. Stollerinus, Ioan. Lucidus, Petrus Ciruelus Darofensis, Io. de Monte Regio, & alii de emendatione Calendarii, & de recta Paschae celebratione tractantes. Ex quibus deducitur, Hebraeos fuisse vsos anno solari duodecim mensium non minori, sed fere pari solari anno quo modo vtitur, & quo